Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dices quis michi det mane uespe
rum. et uespere quis michi det
mane. propter cordis tui formidinem
qua terreberis. et propterea que tuis
uidebis oculis. Reducet te dominus
classibus in egyptum per uiam de qua
dixit tibi. ut eam amplius non
uideres ibi uenderes inimicis tuis
in seruos et ancillas. et non erit qui
emat. hec sunt uerba federis que
precepit dominus moysi ut feri
ret cum filiis israel. in terra mo
ab preter illud fedus quod cum
illis pepigit in oreb. XXVII

Vocauitque moyses omnem
israel. et dixit ad eos. Vos
uidistis uniuersa que fecit
dominus coram uobis in terra
egypti pharaoni et omnibus ser
uis eius. uniuerseque terre illius
temptationes quas uiderunt o
culi tui. signa illa portentaque in
gentia et non dedit uobis domi
nus cor intelligens et oculos
uidentes. et aures que possunt
audire usque in presentem diem. Ad
duxit uos xl. annis per desertum.
Non sunt attrita uestimenta
uestra nec calciamenta pedum
uestrorum uetustate consumpta
sunt. Panem non comedistis. vi
num et siceram non bibistis
ut scietis quia ipse est dominus
deus uester. et uenistis ad lo
cum hunc. Egressus est seon
rex esebon et og rex basan oc
currens nobis ad pugnam et
pertussimus eos. et tulimus terram
eorum ac tradidimus possiden
dam ruben. gad. et dimidie tri
bui manasse. Custodite ergo
uerba pacti huius et implete ea
ut intelligatis uniuersa que facitis
Vos statis hodie cuncti coram
domino deo uestro. principes uestri
ac tribus et maiores natu atque
doctores omnis populus israel. libe
ri et uxores uestre. et aduena qui
tecum moratur in castris excep
tis lignorum cesoribus. et his qui
comportant aquas ut transeas
in federe domini dei tui et in iure iu
rando quod hodie dominus deus
tuus percutit tecum ut suscitet
te sibi in populum et ipse sit dominus
deus tuus sicut locutus est tibi
et sicut iurauit patribus tuis ha
braam. ysaac. et iacob. Nec uobis
solis hoc fedus ego ferio etiam et
hec iuramenta confirmo. cunc
tis presentibus et absentibus. Vos
autem nostis quomodo habitauerimus
in terra egypti. et quomodo transierimus
per medium nationum quas trans
seuntes uidistis. Abhominatio
nes et sordes id est ydola eorum
lignea et lapidea. argentum et
aurum que colebant. Ne forte
sit inter uos uir aut mulier fa
milia aut tribus cuius cor adu
ersum est hodie a domino deo uestro
ut uadat et seruiat diis alie
nis illarum gentium et sit inter
uos radix germinans fel et a
maritudinem. Cumque audie
rit uerba iuramenti huius bene
dicat tibi in corde suo dicens.
Pax erit michi et ambulabo in
prauitate cordis mei. et assumit
ebria sitientem et dominus non